



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

23 de Agricolis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

cogitata: Religionis, immortalium, sanorum, ediumq; sacrarum collocatio. Opportunitatis, omnium locorum ad vium publicum discretio: veluti portus, fora porticus, balnea, theatra, inambulationes, & similia, quae fieri debent habita ratione firmitatis, vtilitatis & venustatis, *vt de his Vitruuius, l. i. ca. 3. l. 2. de excus. art. l. i. 10. C.* Ad haec opera publica conficienda, instituenda, reparanda & curator publicorum operum creatur, *vt l. i. de operib. pub. P. lib. 50. P. tit. 10. Et nos dum de curatoribus resp. egimus plura.* Priuata autem aedificia ex arbitrio dominorum fiunt, *est tunc de aedif. priua. lib. 8. C. tit. 10.* Sunt tamen & in publicis & priuatis aedificiis leges dictae architectis & fabricis, quas scire & seruare eos expedit. In publicis, veluti vt de vitio operis teneantur vique ad quindecimum annum, *l. omnes quibus, 7. de operibus pub. l. b. 7. C.* Alia lex Ephesi, dura conditione, sed iure non iniquo constituta, vt architectus cum publicum curandum opus recipit, polliceatur quanto sumtu id sit factururus: tradita eius aestimatione bona, obligatur magistratibus, donec opus sit perfectum. Eo autem absoluto, cum ad dictum impensa respondet, decretis & honoribus ornatur. Item, si non amplius, quam quarta in opere consumitur, ad aestimationem est adicienda, & de publico praestatur, nec vlla poena tenetur. Cum vero amplius quam quarta in opere consumitur, ex eius bonis ad perficiendum pecunia exigitur, *Vitruuius in proaemio lib. 10. de Architect. §. Alia lex, vt qui opus publicum etiam propria liberalitate extruere incipit imperfectum non possit relinquere, sed ipse, vel heredes eius cogantur implere, l. de publicis. in P. Quod expresse cauit in monasteriis constitutio nouella, quam refert Constantinus Harmenopolus l. 5. Epist. iuris cap. 8. que & ne imperfecta eorum remaneat structura, cogi possit eorum heredes itatur. §. De t. priuatis quoque aedificiis plures leges, quarum aliquas in deo. vna est, ne aedificare liceat in muris vel portis ciuitatum, *l. penult. §. si ne quid in loco, pub. Alia huic proxima, ne liceat aedificare opus, in loco publico, contra ornatum, & faciem aspectumque decorum ciuitatis: vtque aedificatum diruatur, nulla opposita praescriptione, l. praes. i. p. 10. de o. erb. pub. vel principis scripto, arguunt l. 3. de praescrip. imper. offer. C. l. vltima. si contra ius vel vtilita. in l. Ne uel aliqua aedes deiciatur, si inde etiam deformetur ciuitatis decor, l. i. de aedif. priua. lib. 8. C. tit. 10. l. senatus. de contra. bend. em. P. Paul. l. cetera, 4. §. Martia. in leg. fidei commissis, de leg. 1.**

¶ Priuata tamen aedificia absint decem pedes a publicis, ne periculum ex illis his accidat, *l. si cui, §. l. penult. de aedif. priua. C.* Alia leges in titulis *de iudic. de interd. de iudic. seu edictis praetoris, ne quid in loco facto, ne quid in loco publico, ne quid in flumine publico, & in §. tertia diuisio. De interd. de iudic. apud Iustinianum.* Fuerunt leges de crassitudine parietibus imponenda secundum contabulationes & contignationes, de quibus in seruitutibus oneris ferendi diximus ex Vitruuio *lib. 1. c. 8. Plinio lib. 35. c. 14. & aliis.* Alia Solonis lex iure ciuili Romanorum recepta, quam etiam alibi explicauimus, quam Caius refert *l. fin. in iur. rogandor. lib. 6. 10. P. tit. 1.* Sumtuum tamen etiam modum in sepulchrorum aedificatione, constituit lex *l. 2. tabularum Cicer. 2. de leg. Sicuti & Aegyptii, qui in sumtuosa sepulchra, non nisi talentum expendere permittebant: in medio etiam, minas viginti: in humilia, parum quid sumtus, *Diador. Sicul. l. 2. Bibliothec. c. 5.* Balnea tamen priuata constructurus dare debet operam, vt camina vicino dilent, ob rationem, quam adfert Harmenopolus *lib. 2. Epist. iur. cap. 4. Vitruuius lib. 5. cap. 10. & Iuriconsultus, l. quidam lberus, de seruitu. urbanor. praedior. P.* Oportet quoque pistrinum a domo & furno vicini sex pedes seungi, propter incendiolorum periculum, *Harmenop. d. c. 4. & Vitruuius, l. b. 6. c. 9.* Figulinus furnus, si ad boream vel ortum spectat, vbi vicina domus habet fenestram, viginti cubitis ab ea distare debet: si ad notum vel occasum, magis duodecim: si in austrum vel occidentem triginta. *Harmenop. vbi sup. de furnis figulinis, & Calcis, meminit §. Paulum leg. vltim. 6. de seruitu. vrb. praedior. Gypsiarius distabit a vicini aedibus vnus ceteri, fenestris in gypsiarium prospicientibus caminum, ad ortum vergentibus vel septentrionem octo cubitis, ad occasum vel meridiem quatuor, & c. *Harmenop. vbi sup. Calcis vna fornax, distet ab omni quouis aedificio centum cubitis, propter pestilentem & grauiorem ab ea missum vaporem: ab aerea autem, quinquaginta cubitis. idem ibid. Opificia insectorum & fullonum ab sint ab aedibus planis, sex cubitis, & belle, vt euanescat eorum fumus pestilens. & extra periculum deflagrationis sint, idem ibid. Vittrarii & fabri ferrarii, qui bipennes, falces, stultas, & magna organa & machinas faciunt, ob periculum ignis, & pesti-***

lentem corpori vaporem, ne in vrbe opificia habeant, vel si habeant, in locis solitariis constituantur, *idem ibid. §. Quilibet tamen in suo potest furnum seu chibannum panarium aedificare, nisi ab alio iure prohibeatur: puta ob conuentionem, vel morem, seu consuetudinem legitimam, quibus placuerit, inter incolas loci vel pagialicuius vnus esse, domini vnus puta clientelarii, vel alterius, qui eius oneris causa certum exigit censum vel vestigal, seu pensionem, *Ioan. Faber, in §. aequ. de actioib. Vocant furnum bennarium, qui non ratione beneficiarii tituli, quod quis sit dominus, vt dicunt, iustitiae inferioris competit, sed aut ex titulo vel praescripta & immemoriali consuetudine, in consuetu. Turonen. lib. 11. tit. De basse voerte, art. 13. Du Maine, tit. de bas usfructiers, art. 24.* Sicque quibusdam in locis domini inferioris iurisdictionis, in pago praecipui, hoc ius postul subditis imponere, *vt in la costume d' Anion art. c. 23. tit. des seigneurs temporels, & in de la distinction des iurisdictiones art. 11. 33. cum simi.* nempe ex consuetudine recepta: alioquin iure non licet. Itaque si praescripta sit consuetudo quae ratione praescriptionis iustam facit leiuitatem, *l. i. C. de seruitu.* per contrariam prohibitionem poterit adimi iuste, *l. 2. C. de seruitu.* etiam si de iure fiscali agatur, *l. si mansisset. C. eod. tit. de seruitu.* praeterea tamen constitutio bennarii sui non conseruanda, ob aequitatem praetorum, *l. sicut, C. de actio. l. in commoda. §. sicut commoda, P.* Id ipsum & censeo, si auctoritate principis hoc ius questum sit, ne alteri quam certo licet a chibannum eo loci habere, *l. quo minus, de fluminibus, in P. leg. quod principis de aqua pluuiar. P.* Et ita docuit seruari Papaeus, *Guido Papaeus, q. 298.* Quod & in pistrinis seu molendinis, & torcularibus bennariis obseruandum est, ex doctrina eiusdem Papaei, *Guid. Pap. vbi supra, & Bartoli in d. quo minus, de fluminibus, P.* qui & voluit sine titulo etiam praescribi posse, ne alibi quam certo loco molantur grana, neve alio torculari premantur vae, vel alibi coquantur panis, *per l. si quis diuerso, si seruitu. vindi. in P.* Atque ita iudicatum fuisse in senatu Bardegalensi, anno 522. pro domino Podii de Verdonne aduersum eius pagi incolas tradit Papaeus in *Rhapodia aresor. l. 13. tit. 8. arest. 3.* Huic tamen rei temperamentum adhibuit aresor Tholofanum 1548. vt si dominus pistrini, non iubeat contundi grana intra 24 horas, domini granorum, seu tritici vel alterius generis, alio possit ad molendum impune transferte, *idem Papaeus, vbi supra arest. 1. sed in viam.**

¶ Circa tamen cloacas constituendas adhuc dictae leges, quae ad salubrem securitatemque ciuium pertinent, *l. 4. §. si quis vnus de operis noui natiua, l. 1. §. 1. de cloac. P.* Et ad primatorum quoque periculum & vicinorum damnum: vnde nascitur prohibitio, si ius non sit seruitutis, *l. ius cloacae de seruitu. in gen. lib. 8. P. l. 2. de seru. rust. P.* Habent & aqueductus suas leges, de quibus in rebus publicis seu vniuersitatis proprio iam egimus titulo, §. Fabri tamen quoque lignarii & horum artes superioribus annexae possunt, qui & signarii dicuntur fabri, quod tigna dolent, & ex illis aedificent, *Caius in l. ferri §. fabrici, de verb. signifi. qui, vt & ceteri aedificatores omnes, in construendis operibus leges municipales sequi debent, nec contra eas aliquid fiat.*

De Agricolis. Cap. 23.

- 1 Agricolarum primum opus homini impostum.
- 2 Agricola fuerunt viri rursi praestantiores qui Scipio agricola. eod.
- 3 Ager quid.
- 4 Agricolarum septem species. Censiti agricolae qui eod. Clientes, censuales, obliuarii, eod. Coloni tributarii qui, eod.
- 5 Coloni proprie qui publici & priuati, antiqui noui.
- 6 Coloni adscripti qui.
- 7 Originarii coloni qui.
- 8 Inquilini coloni qui.
- 9 Coloni perpetui obligati. Curiales perpetui obligati, eod. Marcaniani perpetui coloni, eod. Arnae perpetui coloni, eod. Menestae qui, eod. Pnestae qui, eod.
- 10 Mancipia rustica quae & species.
- 11 Rustici qui.
- 12 Agricola. nunc Indolentia natura, & mensis securitatis tempore bel-

- terum, prohibito, ne arma deferant.
14. *Agricultorum ingeniorum differentia, qui sua colunt, & aliena rura. & eorum qui aliena colunt triplex genus. Partiaris coloni qui, eod.*
 15. *Villici & coloni quid rerum dominis debeant. Locationis fundi qua accedunt & praestantur. eod.*
 16. *Agricultura materiae qua.*
 17. *Instrumenta rustica enumerata.*
 18. *Rustice quaedam leges Graeca Iustiniani, de partiaris fructus interueniente, non colente.*
 19. *Vjura a rusticis qua capianda eod.*
 20. *De hortulanis, & seplasiariis. Hortulani artifices eod. Fossiles non sunt artifices, eod.*
 21. *Hortulanorum leges. Summarij homines aestimatores qui, eod.*
 22. *Seplasiarii. & eorum lex, Pigmentarii, eod. Venena qua liceat habere & vendere. eod.*

Agricola um fuit hominum prima conditio & status a Deo ipso agricolatio homini mandata post peccatum, & ante. Primum enim Deus creatos patentes in paradysum introduxit, ut operarentur & custodirent illum, *Genes. c. 2* & subinde expulsi inde, ut terram cum labore verterent, & in sudore panem, id est, victum, compararent, statuit, *Genes. c. 3*. Adamus agricola: Cain agricola, *Genes. c. 4*. Sic & apud Zachariam, *Non sum Propheta homo agricola ego sum: quoniam Adamae exemplum meum, ab adolescentia mea, Zacharias, c. 13*. Agricola fuit etiam antiqui, plures praestantiores viri, de quibus & iam diximus in lib. 27. Syn-taxeon c. 1. & de arte agriculturae sequetur in eod. libro. Atque Horatius primis & felicibus seculis homines omnes in agris vitam egisse beatam testatur.

Beatus, inquit Horat. lib. Epodon, ode. 2. ille, qui procul negotiis, Vt rusticus agens mortalium, Patet in rura bobus exercet suis, Soluitur omni favore, Nec excusatur classico militi struci, Nec horret in altum mare: Forumque vinit, & superba ciuium Potumiorum limina.

Scribit Seneca *epist. 1. lib. 13*. Scipionem maiorem abluere solitum corpus rusticis fessum laboribus, & exercuisse corpus suum opere, & terram, ut mos erat patris, subegisse. Agricola fuit ab agro qui colitur, dictus est. Est autem ager locus, qui sine villa est, ut ait Vlpianus in *l. ager 27. de verb. signific. & Florentinus in leg. fundi appellatio 11. eod. tit.* Varro agrum dictum putat lib. de ling. Latina, terram quod in ea aliquid agerent fructus causa. Graecis item *agros* dicitur, quod in eo aliquid fiat semper, vel in eo aliquid, veluti praedae capiatur, nempe fructus. Agricola fuit in iure in septuplici sunt differentia, ex *ammi glo. ruer. in tit. de agric. & cens. lib. 11. C. gl. in quib. caus. colo. cens. lib. 20. 11. C. tit. 47*. Primum censiti qui de se ipsi sunt in census libro pro terra, & eius ratione quam possident, *l. forma, de cens. lib. 11. P. putant & conscripserunt* ras seu agros possessos non potuisse alienare, *leg. ii. penes quos & ibi gl. in verbo suis, de agric. & cens. lib. 11. C.* Et mihi non displicet censitos colonos hodie dici posse ceteros dominorum, quos vocant oblatarios, seu censuales *Seigneurs censuels*, qui liberi sunt & omnia tributa praestant censibus, dumtaxat adscripti, & horum colonorum natura explicatur, in *l. 1. & 2. in quib. caus. colon. domi. accusat. pass. lib. 11. C. tit. 49. in l. 4. de agric. & cens. lib. 11. C. Dicitur & praestant tributarij coloni, nexu tantum tributum obres oblatarij, & ideo abire libere a possessione possunt, & vendere in suum permittente domino, ut dicimus, directo, de quibus & intelligi potest in *de colon. Illyricanis, lib. 11. C. tit. 52*. persoluitur illi laudemus seu autoramento, & salvo ei iure praedationis, iuxta formam iuris emphyteoticag. *l. fin. de iure emphyteo. lib. 4. C. tit. fin.* Coloni f. dicuntur de ducti in aliquem locum agricolae, agri colendi causa, quemadmodum dicti coloni & coloniae populi ad habitandum aliquo missi: a ciuibus ita differentes qui priores eo in loco erant, quam coloni fuerint adducti. Et si alii superinducantur ad reparandas colonias, & antiqui & noui coloni re dicitur. Et apud Ciceroem *pro Cicerina* colonus est, qui fundum pensione colendum accepit a praedatore: exemplo colonorum reipublicae, qui v. ple. umque ad capta. bello ciui-*

tates & agros incolendos, cum pensionis praestatione annua mittebantur: paucis exceptis, ut duodecim coloniae Romanorum, quae immunes a pensione erant. Vnde coloniae publicae, & praedatorum: cum sint qui agros Reipublicae colant, & praedatorum, *l. i. ut nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos, lib. 11. C. tit. 53*. & 2. Alii f. coloni dicuntur adscripti, quibus lex seu conditio maioribus constituta, vt eos perpetuo aeternitatis iure colonos retineat, ut in illis non liceat ex his locis, quorum facta releuantur abcedere, nec ea desere, quae semel colenda suscepterunt. Et domino fundi tenentur, vt sine plena etiam suscipiens non possint abcedere, *l. de colon. Palaestinis, lib. 11. C. tit. 50*. Cuius conditionis sunt coloni Palaestini *l. de col. Palaest. Thracenses. l. de colon. Thracensibus lib. 11. C. tit. 51*. Illyricani, *l. vnic. de colon. Illyricanis, eod. lib. 11. C. tit. 52*. & alij quidam, *l. omnes omnino s. le. seruos 12. l. colonos 15. l. colonos 18. cum siml. de agric. & cens. lib. 11. C. & in legib. rusticis l. 1. m. tit. 1. c. 17*. Illi enim perpetuo adherent agro, vt nec momento quidem temporis debeant separari a gleba, vel honoris, vel alterius obsequij, vel officij causa, *dist. l. colonos 15. & proxime citatis l.* conditione quidem ingenui, sed actum terrae cui adscripti, serui, *d. l. de colo. Thracensibus*. Et ita quodammodo serui eorum, quorum possessio est, *l. i. & 2. ut nemo ad suum patrocinium, resp. rusticanos. l. b. n. C. tit. 53. l. ne distinus 20. de agric. & cens. ubi gloss. in verbo intelligitur, tradit differentias inter seruos, & adscriptos*. Attamen si coloni adscripti per triginta annos coluerint fundum domini, libertate quidem plena potiuntur, rus tamen proprium tenentur incolere, *penul. §. 1. de agric. & cens. C. §. 3*. Originarii alij coloni, qui ex adscriptis nati, eiusdem sunt conditionis ac patres, nomine tantum distincti, *l. de colon. Illyric. lib. 11. C. l. originarios, n. de agric. & cens. C.* debentque & illi terrae inherere semper, quam patres eorum colendam susceperunt, *l. cum satis 22. §. cum autem Anastasia, de agric. & cens. lib. 11. C. §. 4*. Inquilini f. coloni erunt, qui alibi, quam ubi nati sunt, habitant, & agros colunt: vel qui alibi habitant, alibi agros colunt: vt proprie colonus, qui in agro quem colit, habitat, *l. desimus 13. & ibi glo. 2. de agric. & cens. C.* Transferri enim coloni ab alio in altum locum possunt, si vtriusque fundi vel loci vnus sit dominus, & in quolibet eorum habeat colonos, *d. l. desimus, & c. 2. de iudic. lib. 5. Decret. tit. 6. l. quoties, C. famul. eroscum*. donec ab eius ditione alter locus exeat: quo casu, ei qui postea praedium nanciscitur, tenetur propriam sobolem, propriorum colonorum restituere: e translatorum, *leg. desimus, in fin.* Quando autem, & quomodo cum solo & sine solo alienari possint hi coloni, vide dispositum in *l. quemadmodum, l. 7. & ibi gloss. mata, de agric. & cens. C. lib. 11. §. Coloni f. hi omnes videntur perpetui fuisse, qui principio ex lege vel pacto, se & suos culturae subiecerunt nexu certi soli, *l. de colon. Palaest. lib. 10. C. non secus quam euiales, qui se & suos curiam perpetuum obligant dum sunt curiales, l. curiales 25. & sequi. l. omnes qui curiales 48. l. in silis l. in succisione 43. de decur. lib. 10. C. tit. 31. vnic. si curia le. restituta ciuium rus habitare maluer. lib. 10. C. tit. 36*. Sic olim Mariandyni sese Heraclaeotibus subiecerunt, polliciti se pro mercede in posterum perpetuo se uituros, si sibi necessaria suppeditarent, stipulatione cauentes, ne vilius eorum fieret venditio extra regionem Heraclaeotum, sed in ipsa solum propria regione, *Athenas, lib. 6. diploma c. 7*. Quemadmodum & vt ait Achemachus 3. Euboicarum, ex Beotia qui Aneam coluerunt, qui non recesserunt in Beotia propter amorem regionis, se ipsos Thessalibus in seruitutem dederunt, ex stipulatione, ne se extra regionem reciperent, neue occiderent ipsiq; regionem illis colentes tributa persoluebant. Qui sic ex stipulatione autem manserunt seseque ipsi s. dederunt, tunc mensurae vocati sunt, postea penes quorum multo ditiores erant ipsorum dominis, *Athenas, d. l. cap. 7*. Sunt f. & quinto loco alij coloni, qui ratione praedae perpetuo colonati ad dicti eius, qui ficticia mendicitatem, & eorum simulatum aliquo um a gratitudine detulisset, *l. vnic. de mendic. v. d. lib. 11. C. tit. 25*. Sexto, f. alij coloni esse possunt, dicti proprie mancipia rustica, serui comparati a patrefamilias vel fundo imponerentur, *l. si mancipia 19. de fundo instr. lib. 33. P. tit. 7. l. cum de lanionis 18. §. cui fundum le. quasi um, §. queritur, & l. si re, eod. tit. l. in lege, 204. de verb. v. significatio*. Suntq; & illi in multiplici differentia, ceteros excententes agros praepositi eorum, villici, saltuarij, qui fructuum conferuandum gratia paratus s. pistoc, tonfor familiae rusticae, mulieres panem rusticis coquentes, villam seruantes, molitores ad vsum rusticum parati, foecariae villicae *l. instrumenta, §. de fundo instr. lib. 11. P.**

panificæ rusticæ, lanæ, fullones, l. *quæsitum*, §. l. 12. §. *Trebatius*, eod. tit. bubulcus, arator, putatores, fossores, pastores, dist. l. *cum de lanionis*, §. *de bubulco*, §. 98. *seq. eod.* ¶ Septimo sunt coloni omnino liberi & ingenui rebus suis operam dantes, rustici vel rusticolæ dicti *de quibus in l. 1. de agricol. & cens. lib. 11. C. l. 1. & 2. ne rustici ad vltim obseq. deuocent. lib. 11. C. tit. 54. tit. null. mutuan- tem agricole, & c. in authenticis.*

13 ¶ Apud Indos seu agricolæ, secundum genus hominum post sophistas seu sapientes est: qui neque arma habent, quibus in bello vtantur, neque bellicas res curant, agros colentes, regibus liberisque vrbibus tributa pendentes, *Arrianus, lib. rer. Indicarum Strabo. 15.* Sicuti & iure insubrum inhibitum rusticis arma vel lanceam portare, vel gladium: alioquin iudex vel arma tollere, vel pro illis viginti solidos exigere potest, §. *si qui rusticus, de pace tenenda*, & eius violator. libro secundo, feudorum, tit. *vigesimo septimo*. Nam & illi agricolæ etiam fauientibus ad rabiem vsque in mutuo prouinciis, inter medios hostes erant sacrosancti & intacti, ag. ique eorum apud Indos, illic iuxta eos tranquille aut arationi, aut vindemia, vel frondationi, vel messi vacabant, *Arrianus in Indiciis*. Et hoc ipsum in imperio seruandum Romano cauille videtur constitutio Friderici Cæsaris. *Agricultores*, inquit, §. *agricultores, de statutis*, & consuetud. contra liberta. eccles. coll. 10. *authen. agricultores*, quæ res pignori obligar. *poss. lib. 8. C. tit. 17. circa rem rusticam occupati*, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint in quacunque parte terrarum: ita ut nullus inueniatur tam audax, ut personas, boues & agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad agrorum rusticam curam pertineat, iniudare aut capere, aut violenter auferre præsumat. Si quis aut huiusmodi statutum, ausu temerario violare præsumserit, in quadruplum ablati restituatur, & infamie notam i. s. iure incurrat, imperiali anim aduersione nihilominus puniendus.

14 ¶ Agricolarum seu colonorum, qui sibi viuunt & liberi sunt in iure, duæ possunt constitui species: vna eorum, qui sua colunt rura: alia eorum, qui aliena: quo. ut duplex differentia, vel cum mercede locantium operas suas vna: alia eorum qui parte fructuum aliqua accepta ex cultis remanente rerum proprietate dominis alienis insudant: vnde & isti coloni partiarum, *Caius, l. si merces 28. §. vis maior tit. locati, lib. 19. P. tit. 2.* dicuntur, a parte Græcis *μοστίται: μοστίτη & τὸ μίσθον*, *Hesychius in voce ἐπίμωρ*, & id est, morte pars est, vnde mortitæ Græcis. Et apud Athenienses teste Plutarcho in Solone, *ἐκλήθησαν*, plebei dicebantur, quod sextam fructuum partem diuitibus soluerent. Tertia porro species eorum est, qui fundos alienos conducunt colēdos ad certum tempus sub pensione, vocamus, *de istis colonis passim in tit. locati in P. ut postea explicabimus en arrentement*, ad suam vtilitatem, non dominorum quique fructus suos faciunt, vbi primū decerpti fuerint, *Paul. in l. si ap. 26. §. 1. de furtis, lib. 47. P. tit. 2.* Eorum porro qui sua colunt rura, potestas & arbitrium rerum suarum est, vbi dominorum in propria liberum. *in re mandata, C. mand. l. nemo exterus, C. de iudicis*, atque priuilegia colonorum omnia illis integra sunt. ¶ Eorum autem, qui aliena colunt rura non ita libera: sed primū ex lege locationis omnia agere debent in alienis, quorum curam susceperunt, & culturam ex ea præstare, *Ulpian. in l. ex conducto 16. locat. P. lib. 19. l. si merces, 28. §. conductor eod. tit. Deinceps, & ea quæ communiter ex bona fide præstantur, præter ea quæ expresse placuerunt, veniunt, veluti ex tacita conuentione: vt quæ de relocatione tacita dicuntur, si dominus præstatur post elapsum locationis tempus, colonum esse in fundo, *Ulpian. l. item quarius 14. §. pen. & l. qui ad certum tempus, 15. locat. in P. in rebus, in fin. de prec. P. cum siml.* Venitque, vt si villa non reficiatur, vel stabulum, vel vbi greges coloni stare oporteat, vt præstetur actione ex conducto, *l. ex conducto 16. locat. P. vt dominus deducere teneatur ex pensione, omne damnum quod in fructibus contigit colonis, vi tempestatis calamitose, cui resisti non potest, vt puta fluminum, graculorum, sturnorum, v. redinis in allinæ, terræ motus, d. l. ex conducto, §. si vis tempestatis, & l. si vno anno 17. cum suis §§. 1. & 2. & l. si merces 28. §. vis maior, eod. tit. loc. P. l. licet, C. eod. tit. c. fin. de loca.* Vt cuncto colono propter aliquam etiam legitimam causam, restituantur ei in res expense vtiliter per eum factæ, *l. pen. locat. P.**

16 ¶ Materia autem, qui circa quam agricultura vel coloni versantur, terra est, quæ omnibus agricolis prostat cōmuniter: verum, alii aliis conditionibus & legibus eam colunt, vt dixi. Ita terra ipsa & diuersas leges agricolæ quoque accipiunt, ex voluntate dominorum, vel paciscentium vel secundum conuentiones, vel

secundum iuris regulas. Quæ omnia & res & personas, & modos colendi & fruendi continent. Et quæ accurate persequuntur Iuriconsulti. ¶ In rebus distinguunt, num propria an aliena: num censuales, libera, seruiens, allodialis, feudalis, vel alterius generis sit, de quibus suis locis tractatur. His accedunt instrumenta, quæ querendum, cogendorū, conseruado: vnde fructuum gratia necessaria sunt. Querendi causa sunt boues, pecora, sterco: andi causa, vasa vtilia, arata, ligones, farculi, falces putatoriar, bidentes, & similia. Cogendi causa torcularia, corbes, falces messoria: scenariæ, quales vindemiatorii, exceptorii, quibus vna exportantur. Conseruandi, vt dolia, cupæ, leg. *instrumenta fundi 8 de fund. instruit. lib. 33. P. tit. 7. l. quæsitum 12. §. 1. eod. tit. nos de his plura, lib. 27. Syntax. & c.* Numerant & inter instrumenta personas, agricolas, colonos, & præpositos illorum, villicos, monitores, dist. *leg. instrumenta*, & alios, de quibus paulo ante. Ars autem agriculturæ & plura alia in rebus & personis desiderat, quam nunc explanemus, cum id institutum tractationis iuris non patiat. & alibi etiam proprio libro pertractauimus, in *lib. Syntax. ¶ Rusticæ quædam leges Græce edidit Iustinianus, ad diuersa capita pertinentes, inter præcipuas, & singulares ille sunt. Si colonus partiarus citra voluntatem domini in agro demesso manipulos eius interuerterit, ceu fur, ab omni perceptione excludetur, *Iustinian. in legib. Georg. tit. 2. περὶ μοστίται. l. 1.* Alia si colonus fundo suscepto propter huiusmodi, id est, sub lege medietatis fructuum percipiendæ, debito tempore eum non excoluerit, sed serius granum coniecerit, nihil ex fructibus percipio, *ὅτι τὸ μισθὸν ἀπέχρησεν τὸν τῶν κῆρυγος κῆρυγος, quod mendacis fundi dominum deluserit, Iustinian. in dictis legib. tit. 3. περὶ τῶν μισθῶν, l. 1.* Et iterum eod. tit. l. 2. *ἐὰν γεωργὸς λάβῃ τὰς πῶνους γεωργὸν ἀπορίσωντῶν τῆν μισθῶν ἀμπαλῶνα πῶνους ἔρρασαν, ἡ δὲ κῆρυγος κῆρυγος κατὰ τὸ πρότερον ἦσαν ἀμπαλῶνα γεωργῶν, ἡ διαπραχθῶν αὐτῶν, μὴ δὲ ἐκ τῆς ὀμκαρπίας λαμβανέτω*, id est, Si colonus ab alio quoriam colono more vineam sub lege medietatis colendam receperit, nec vires ut oportet putarit, vel vineam foderit, statum: ne suffulerit, sero- bes fecerit, nihil ex frugibus percipio. Alia eod. tit. l. 4. & præstantissima: Si quis lege medietatis percipiendæ, fundum coloni peregre profecti colendum suscepserit, & postea mutata sententia eum reliquerit, duplum fructuum percipiendorum dependit. Alia leges Iustiniani de Agricolarum terris non oppignerandis ob mutuū, inter nouellas ponunt. Item ne plus fœnoris ab illis exigatur pro debito, quam pro singulis modiis rerum aridarum mutuatatum, octaua pars annuatim & pro singulis solidis, siliqua vna, *constitutio. nonell. 33. & 32. tit. nullum credentem agricola tenere illius terram, in authen. tit. 5. & 4. collat. 4.**

¶ Ad agriculturam viciumque pertinent hortulani, olitores, 19 herbarii, seplafarii. Hortus olitorius ad reditum & necessitatem potius, quam ad voluptatem pertinet, vt constat ex Iuliano, *l. æquisimum 17. de usufruct. lib. 7. P. tit. 1.* Nec ad debito hortulano quoque inter artifices annumerandos, si modo agricultura est ars, vt vere est, quemadmodum constat ex libris Varronis, Columellæ, & aliorum de rustica, ex Theophrasto, & aliis, qui de colendis aruis, herbis & stirpibus præcepta tradiderunt: fossores tamen, & euulsores, non putat Ludouicus Romanus artifices, *singulari 651. incipiente nunqu cogunt.*

¶ Hortulanis Iustinianus in nouellis leges posuit, 64. *περὶ τῶν κηρυγῶν*. Primum circa fraudes & auaritiam illorum: it enim cum hortos a dominis acciperent locationis titulo insitos, vilipretio olus tantum æstimabant: elapso autem tempore conductionis, vltra veram & iustam æstimationem compedi sui causa Ea propter statuit, vt talis hortus restituitur, qualis receptus fuerit, siue cum sterquilinio, siue sine eo. Atque ipsam olerum æstimationem faciendam non per hortulanos solum, sed adhibitis cum iis, illis quos vocant summarios, quique harum rerum peritiam habent, sacrosanctis peractis Euangelicis. Staruensis super, vt si quis incultam terram elocet, persoluitur merces ex culta terra.

¶ De seplafariis, qui tam cultas, quam incultas norūt & colunt, ligunt herbas & radices easque præparant: quin ad artem pertinent medicinæ, non est ambiguum. Et de illis quoque, & pigmentariis cautum, ne cui temere cicutam, salamandram, acornitum, pythio campas, buprestim, mandragoras aut vlcera mententi causa cantharides, dent: alioquin pœna legis Corneliæ de scariis ex senatusconsulto imminente. Atque prohibitum mala venena habere vel distillare, nisi per se antidotum faciant, aut alexipharmacum, vel aliis venenis mixta remedio sint, *l. 3. §. alio Senatusconsulto ad leg. Cornel. de sicar. lib. 48. P. tit. 8. l. quod sepe 31. De Paulo*

